

depugnet. Nec enim solùm cum hostili qualitate congredietur: sed præter eam, alias quoq; , si non contrarias penitùs, saltem dissimiles, quas expugnet, secum luctâtes haud sustinebit, & quando ne Hercules quidem contra duos, aduersus remedij vim & morbi iniuriam haud facilè sufficiet.

*Exigua
mole sub-
stantiæ non
sunt ineffi-
cacia.*

Inutilia etiam esse putantur: quod, cùm parvæ sint molis, à vi corporis innata leui brachio ad nihilum ita redigantur, vt vel in transitu dispereant: vel in morbofo conflictu promptè succumbant. At si hoc fuerit, non ea ipsis infamia iure impingetur, quod periculi terrorisq; plena, nimiùm agant, & caliditatis excessu corpus exagitent. Ergo quantumuis amictu partium inutilium liberata, quoad molem substantiæ sunt nudiora, non tamen quàm prius infirmiora: cùm quod quantitati decessit, qualitatis augmentum planè liberale cõpenset. Quia autem qualitas remedij, non quantitas expugnâda venit, quò illa validior est, eò tardiùs vincetur: vt ipsa ratiocinationis perspicuitas facilè persuadeat, quæ suæ integritati postliminiò
sunt